

## CORRECTIO

& altercatis. Caue tibi ab odore eius, ne te interficiat. Ecce qualis medicina & contrarietas, quæ cum sanare debet, inducit mortem. Nō est mirū, quod res intoxicatiuæ ex venenis compositis, hæc facere possunt. Videte fatui quomodo vestra opera differunt ab opere naturæ. Quare fatigamini in huiusmodi rebus altis ad quas venire non potestis taliter laborādo nisi miraculose eueniat, vt accidit beato Ioanni, qui de virgultis fecit aurum. Dico vobis qualis est medicina, tale fit & aurum. Cum res foetidas seminatis, merdam metetis. Reuertimini ad viam veritatis propter vos metipsos. Consulo vobis studere, dicta sapientum reuoluere, ex quibus veritatem elicite, non casualiter ad opus accedite. Non aduertatis Recipe recipe, hoc & hoc, nescio quid, & fac taliter, nescio qualiter, Instrue me hoc, & ego docebo te illud. Sic deceptus alium decipit, & sic tous mundus per tales est defraudatus. Cæcus enim si cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt, Vbi enim videris, recipe cogitata quod significet decipe, mutato r. in d.

*Quæ particularia sunt quæ perficiuntur in hac arte.*

*Caput XII.*

**V**niuersaliter omnibus intuentibus ad quos præsentis deuenerint sermones, declaro.  
Quia